

FK.134.
100

Specula Moralia.

II f
942

AUDIENDAM VALEDICTIONEM
DISCIPULI CUJUSDAM NOSTRI
INFRA NOMINATI
IN AUDITORIO MAJORI
DIE CRASTINO
CUM DEO HABENDAM
VENERANDOS DNN. INSPECTORES,
PATRONOS FAUTORESQUE
ET AMICOS NOSTROS
OFFICIOSAE AMANTERQUE
INVITAT
M. GEORGIVS ANDREAS Vinholi Rector.

CYGNÆ,
STANNO FRIDERICIANO.





Uperioribus seculis inter Johannem Reuchlinum, vulgo Capnionem, & Judæum Pipericornum (Pfefferkorn) gravis agitata fuit controversia, qvæ qvidem utrinque ingentes dissidentium partes attraxit, parumque absuit, qvin & ipsi societati sanctorum fraudi esset ac detimento. Judæus iste Christianorum sacris initiatuſ fervore importuno abrepitus, opem ſimil ferente Jac. Hochſtrateno Dominicano & Arnoldo

Tungro, Colonienſi Theologo, Maximilianum I. Imperatorem eo denique permoverat, ut decreto Imperatorio omnes Judæorum libri, præter ſacrum codicem, foco addicerentur; qvo infanorum deliramentorum aboleretur memoria. Verum catera recutitorum turba in tali articulo rerum haud qvievit; qvin potius coniunctis viribus omnibus manibus pedibusque contendunt, ut Majestas Cæſarea eo usq; combustionem produceret ſuspendere tque, donec, re accuratius perpenſa, adhibitisq; in confiſum viris ſapientibus ira inflammata mollesceret, & de institutiſ ſuis mihius atque clementius judicaretur. Anniit hic qvidem pro indulgentia ſua Imperator, & cum alios, tum Reuchlinum imprimis, Hébræa ſingvæ apud Germanos iſtauatores, admoyerū in confiſum jufſit. Consultus igitur Reuchlinus ad Archiepiscopum Moguntinum, cuius cura ac vigilancie ea res commiſſa erat, datis literis, moderatius, ut ſapientior, fuferat, ne libri Judæorum flamma vindice abſumarentur, præter eos, qvi contumeliam in Salvatorem noſtrum ejuſque ſanctos coniherent, verecundisq; moribus vim allaturi aut periculum viderentur; qvo in cenſu ponere fas eſſet exempli gratia illos, qui Nizzacchon & Toledoth Jeschu appellentur. Sed literas à Fumo parvo ſine fumo & fuso exaratas aſtuta Pfefferkornii manus intercepit, confeſtimq; libellum convitiis plenum, qvo Reuchlinus petebatur, ſpeculi manualis nomine (*Hand-Spiegel*) Francofurti ad Mœnum editum hinc inde diſperferat. Contra ea Capnio cum querelas suas parum promis auribus accipi apud Cæſarem videret, pro fama ſua tuenda ſpeculum oculorum ſive oculare (*Augen-Spiegel*) illi oppoſuit: indicaturuſ videlicet, (cum alias id nominis cum re minus congrueret, qvia ſpecula per ſe, perinde ut perſpicilla, oculis ſolis destinantur, neq; propterea oculorum ſpecula appellari debent) ſicut manuale illud om̄ij debet te-ri manibus, ad cognoscendam partis laſe innocentiam: ita oculare alterum cupidis lectoribus proponendum ad dignoscendam veritatis lucem videri. Qvas deinde lites dicta ſpecula paſſim excitaverint, & uti cuncta Patronorum ſtudiis consolida demum & cum honore ſepulta qvafī fuerint, id legi potef apud Joh. Henricum Majum, qvi ſub auſpiciuſ demandata ſibi in Gymnaſio Durlacenſi professionis lingvarum Orientalium de Reuchlino elegantem & lucentam orationem 1584. menſe Jan. habuit, qvam ipſe poſtea, præfixo programmate Fechtiano de barbara lingvarum ignorantia, annotationibus illuſtravit. (a) Apologia vero Reuchlini & confiſum, an Judæis omnes libri ſint adimendi, data ſunt Stugardia 1511. 15. Kal. Sept. Liceat mihi in praesenti a Reuchlino & Pfefferkorno nomen mutuari, & ſpecula illa moralia, qvæ ſcripta ubertim extant, ocularium aut manualium appellatione inſignire. Qualia equidem ſequentia judi cari poſſe arbitror.

I. *Sebastiani Brandii D. ſpeculum ſtultorum* (Narren Spiegel, große Narren Schiff,) Argentorati prodiit 1545. Primum ille ſtultiq; pingi curavit imagines: qvo inconditi ſtultorum mores legenti ſtatim in oculos incurrent: deinde potiora vitia & no- centiora perveſtigando ingenii vires periclitatus eſt: tum investigata verbiſ vel clau- dicante ſepiuſ pede explanavit. Fuerit profeſto liber Titionis hujus antiquæ integratiſ argumentum, & nota temporum honeſtarum actionum multo, qvam noſtra ſunt, cupidiorum, in qvibus nitore Veneris urī æſtibusq; libidinum ardere præoptamus potius, qvam ut monſtrata hominum imbecillitate erubescamus, & in compoſitos mo- res provehamur. Propreſea navis haec Brandiana cum nobilissima Græcorum Argo comparari potef, ſi cuncta veritas in contrarium: qvod ſicut in navi illa, qvæ curſu ſuo, utait Catullus, rude mare imbuīt, leſtisima heroū caterva & in eis excelsæ indolis Jafon vehebantur, qvi ſibi imperare ſuisq; affectibus frænum imponere no- verant; inde & Archontes appellari Argonauta merebantur: (b) ita e contrario flo- lida peſtora ſuis moribus legem dare per impotentiam animi haud valent, qvoniamq; imperatore ac duce animo deſtituuntur, nusquam niſi in navicula ſtultorum, ubi ſtultorum plena omnia ſunt, locum inveniunt,

Il. BRUN-

II. *Brunelli speculum stultorum*. Ingeniosi atq; festivi hujus poëmatis invento^r stupiditatem & mores vitiosos ævi sui, & qvæcunque habentur stultitiae deliria, saepe anda^r taxat & percenset; dignum, qvod totum legatur; qvamvis Satyrica qvædam ac nimia libertate concepta in eo apparent. Accedit, qvod pruriente appetitum inescat, stili jucunditas, facilitas & amabilis venæ melioris copia. Quemadmodum vero fabulae Epimethea in scenam producunt transactis demum operibus consulentes, in quo a fratre Prometheus nimirum qvarum, imo toto celo differt: (c) Ita Brunellus ie asellus cum Galieno Medico sermonem faciens hoc docet, qvemq; tempore opportuno sapere oportere, ne cum Phrygibus sero sapiat.

III. *Eximii Calabri speculum chorea mortuorum*. Hannoviæ 1613. Versibus Alemanni-
cis, he in morem ac modum rythmorum Germanicorum compositis mortis adum-
bravit necessitatem, idque Autor non abqve vena poëtica ducendis choreis videtur
voluisse, qvod in hymnis sacris canere solemus: noch muß er an den Reihen: licet Titho-
nus quis esset, qvem fabularum architecti communis curunt a Diis immortalitatem im-
petrasse; sed cum longa eum fene^tctus minusset, neq; suis incommodis caruiflet se-
nex, tædio ætatis se in cicadam petiisse mutari. (d) Nam ne Tithonia quidem sene-
ctus prohibere potest, qvo minus terræ pulvis, adveniente fato, in pulverem redigatur.

IV. *Alberti ab Eby, Juris Doctoris, speculum morum*, (Sitten Spiegel.) Augustæ Vin-
del. 1511. Multa ex scriptoribus non minus sacris, qvam profanis congeffit, qvo pri-
mum virtutes principes, qvas Cardinales vocant; deinde singulorum hominum sta-
tus & officia proponeret in vita civili pariter ac privata necessaria. Inde Patrum &
Philosophorum verba in vernacula translatæ adducit, neq; minus narrationes sub-
inde subtexit ad morum culturam, qvam torus intendit, directas; sed qvæ cautori-
bus similiorebus fabulis videantur, qvam historiis. Cærerum tempus ipsum de fide e-
ius, itemq; de religione testari potest. Nec propterea tamen Venerei nævo aliquo
five macula in vultu notatam repudiamus, aut ipsius formam damnamus.

V. *Johannis Foltii, tonsoris, speculum avarorum*. (Kargen-Spiegel.) Norimbergæ
1534. Verificulus Germanicus divitem cum paupere colloquentem facit, qvorum
ille huncad coenam aliquando invitaverit; & qvoniā pauper onus suum genuino
faturis fundamento nūtis pluribus euulifset verbis; divitias contra ut rem nōxiam,
nisi moderatio & prudentia Christiana accederet, oratione depressifset: Euclio ille
inopis inopia à sua virtutum inopia ad opulentiam revocatus, in mendici continen-
tiam velut in speculum inspiciens, tantum didicit: non qui pluribus abundet, sed qui
pluribus carere possit, opulentum esse & abundantem; aut ut magistri fictionum lo-
quuntur: eum Midae stolidissimi aures asininas habere, qui sonum auri svavissimis præ-
ceptis sapientia prætulerit, præque stultitia Apollini Musarum præsidi Pana, Sylve-
strem Deum, anteposuerit. (e)

VI. *Johannis Geilera, Concionatoris primi Argentoratenfi, speculum fatuorum*. Argen-
torati 1513. Eos Jacobus Ottherus collegit, & idem Brandium supra nominatum in
simili materia laudat. Est autem iste liber lectu jucundus omnino, oportundisque, ut
denuo recudatur. Nam præter ipsos fatuos, quos centum & decem nominat arque
perfringit, variasque fatuorum formas, quibus fatuitatem suam amant prodere: eti-
am septingentas viginti & unam numerare licet nolas. Nullus tot formis Proteus in-
duitur: non tot oculos avis Junonia ostentat in cauda: non tot luminibus cinctum ca-
put Argus habet. (f) Hic enim suis tintinnabulis ornati prodeunt fatui Docti, Consules
& Judices, (injusti) Avari, Novitatum curiosi, Senes, Indulgentes, Susurriones, Temera-
rii, Indisciplinati, Amici fallaces, Diffidentes, Præcipitantes, Luxuriosi, Præsumtuosi de
Dei misericordia, Aedificantes, Potatores, Contemnentes pauperum, Bisurcati, (qui ni-
tuntur duobis dominis infervire) Dicaces, Inventores, Correptores (qui reprehendunt,
qua ipse faciunt,) Fortunati, Solliciti, Mutuantes, Studentes inutiliter, Deum reprehen-
dentes, Temere alios judicantes, Expectantes, Custodientes uxores, Adulteri, Incon-
stantes, Iracundi, Singulares, Trifstantes, Inobedientes, cum ægrotant, Aperte consul-
tanties, Incerti, Inquieti, Derisores, Contemnentes cœlestia, Profanantes loca sacra,
Commitentes se periculis, Potentes, Errantes, Opifices (abusus & vita opificum) Se-
ductores, Voluptuosi, Revelantes secreta propria, Contrahentes matrimonium prava
intentione, Invidi, Incorrigibiles, Medici (imperiti), Gaudentes in potestate, Innitentes
prædestinatione, Negligentes propria, Ingrati, Placentes sibi, Saltantes, Blan-
ditores



ditores, Mendicantes, Fæminæ malæ, Divinatores, Vagantes, Præsumentes sapere, Ludos non intelligentes, Lædentes serio, Improvidi, Litigantes pro temporalibus, Sor-didi, Spirituales (spiritualem statum male intendentis, acceptantes, exequentes,) Venatores, Sagittarii, Larvati, Jactatores, Lusores, Suppreffores, Equites & Scribæ, Nuncii, Servitores, Ambitiosi, Divites, Recidivantes (in priora vitia), Mortem non vi-dentes, Contemtores, Blafphemi, Admirantes plagas divinas, Permutantes, Impii in parentes, Garrientes in choro, Superbi, Damnoſi, Sperantes hæreditatem, Donantes, Pigri, Violatores, Externi (pagani, Judæi), Capitanei, Adulatores, Sufflantes, Fraudatores, Predicatores, Impedientes, Negligentes spiritualia, Viatores, Promenfales turpes, Perverentes, Mundani, Periclitantes.

VII. Hippolyti Guarinonii Medici, *speculum conjugii Christianorum (Spiegel Christlicher Ehelente)*, quod scriptum italicum ipse civitate Germanica donauit, & Ingolstadtii 1613. edidit. Vita autem Franciscæ Romanæ illuc enarratur, qvæ Romæ 1384. Paulo de Buſſo patre nata sanctissime vixisse in matrimonio dicitur, ut omnibus jugali vinculo alligatis, hujusque amaræ dulcedinis expertibus singulari exemplo prælucere videtur. Nec Minerva (si fabulus rurus dandus est locus) innupta & sapientia directrix cœſifram eandem quidam sibi persuadent; quam vere, ipsi viderint.

VIII. Henrici Herpi, *Ordinis Minorum speculum aureum præceptorum divinorum*. Basileæ 1496. Scriptis iste, ut non dissimulat, pro instructione Prædicatorum & Confessorum aliorumq; Christi fidelium, studuitque quantum in se esset, legem a Deo præscriptam hominibus diligentissime illuminare, afflumtaque sermonis forma dulciore reddere lectoribus, decisis multis, qvæ fors moveri poterant, quæſtionibus. Enim vero speculum istuc au-reum stanno, quin & plumbo permixtum esse eo minus dubitat, qui & artificem ipsum & tempus confectionis recogitaverit. Sicuti enim Narcissus amore sui nimio-pere correptus fallacem imaginem a vera atque viva dignoscere non poterat, quaſdiu umbræ reluenti fontique ſibi funesto incumbebat: (g) hic Herpius legi divina intentus quandoque fallitar, cum in limpido etiamfonte Iſraelis imaginem ſuam, i.e. ſectam a ſe adamatam respicit, multaque & verbo Dei non effert, ut interpretem verum decebat, ſed infert.

IX. Bartholomei Knoblauchii, *Landchatt-Silesii speculum scelerum* 1425. Breviter & ſummatum deſcribit nefaria ſcelera, qvæ in Lufatia ſuperiori per viginti tres annos ſubduce ſuo Georgio Beer perpetrata fuerunt, in qvib; cum horrore legas ſceleratissi-morum hominum curta, rapinas, incendia, homicidia, coniurationes diabolicas, gra-viffima quoque supplicia, qvæ poſt detectionem ſinguli tulerunt. Videntur nebulæ ac nebulones illi Gigantum more cum Deo pugnare voluisse, (h) propterea que atrocifimis poenias promueruerunt.


X. Melchioris Balbafavis Kupferschmidii *speculum rebellatorum & proditorum* (Verrätherey und Aufrührer Spiegel.) Francofurti 1666. Rechte Autor Deum nominat & Dei in his terris vicarium magiftratum, utrumque proditionis & rebellionis vindicem; qvæ malefici, ſi vi supersint, aut futuri eſſent, in alie-nis malis prædicerent ſata ſua caverentq; . Nam qvæ paſto Deus ejusmodi ſpumas hominum poſtremo diſi-ciat, diliſpet diſcretiuitate uulto gladio, ducentis & lexaginta novem exemplis docuit. Coepit Ovidianus cor-vus nuper albus mox pennis nigrefcere, ex qvo concupiuit Coronidis cam Iſchy falſo Apollini prodiſerat. (k) Vixque draconis dentibus ſeminati fratres Cadmeides et in uaram editi mutuus cecidere vulneribus. (K) Nempe aut corvorum eſta ſunt, qui proditionem faciunt rebellionemve concitant: aut, unde nati erant, terram ſuo langvine demum mafeſacunt.

Prefationem Livii hujusmodi ſpeculum poſſe appellari ultro fatebitur, qvi & mentem Historici & uſum historiæ illic commendaq; conſiderabit. Quare ſtudiorum gratia Wittebergem abiturus diſcipulus noſter

Gabriel Pælius Wernsdorffensis, priuſquam Cygnez noſtra ultima verba loquereſtur, premiſit ſpeci-minis loco Paraphraſin ejusdem prefationis geminam, tam in verbis quam rebus inſtituendam. Cui nomine omnium reſpondebit & bene precabitur

Petrus Neßlerus Cygnez. Nos locum mutantis parem priori ſuccellum ſtudiorum & fauſta omnia ex animo vouenimus. P. P. Cygnez. d. 15. Febr. An. 1706.

- | | | |
|-------------------------------------------------|------------------------------------------------------|-------------------------------|
| (a) in vita Joh. Reuchlini Phorcenſis. | (b) Orpheus, Apollonius & Val. Flaccius in Argonaut. | |
| (c) Hefiod. op. die. f. l. l. Claud. in Eutrop. | (d) Horat. l. 1. od. 28. Athenaeus. l. 3. | (e) Ovid. l. 11. met. fab. 4. |
| (f) Ovid. met. l. 1. f. 13. l. f. 10. | (g) Natalis Comes. l. 4. c. 5. | |
| (h) Ovid. l. 3. met. f. 6. | (i) Ovid. l. 1. met. f. 5. | (j) Ovid. l. 2. met. f. 7. |
| met. f. 1. | | (l) Ovid. l. 3. met. f. 1. |



Hf
942

Specula Moralia.

PK.134.
103

B.I.G.

Black



**AD AUDIENDAM VALEDICTIONEM
DISCIPULI CUIUSDAM NOSTRI**

INTRA NOMINATI

IN AUDITORIO MAJORI

DIE CRASTINO

CUM DEO HABENDAM

**VENERANDOS DNN. INSPECTORES,
PATRONOS FAUTORESQUE**

ET AMICOS NOSTROS

OFFICIOSAE AMANTERQUE

INVITAT

M. GEORGII ANDREAS Winckel Rector.

CYGNÆ,
STANNO FRIDERICIANO.

